



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XLVII. Anordnung des Markgrafen Ludwig wegen des Unterhalts der Dämme zu Brandenburg, vom 9. Juni 1335.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

singulis dietarum civitatum monetariis presentibus et futuris, quatenus dicto domino Hermanno quilibet suam partem ut premittitur sine contradictione qualibet numerata pecunia temporibus debitis presentet det et integre largiatur.

Nach dem Copialbuche des Geh. Kab.-Archives I. C. 4. in q. Abth. 3, No. 3. — Gercken's Cod. II, 534.

Anm. Diese Urkunde ist in dem Copialbuche durchstrichen und die Bemerkung dabei gesetzt: Resignavit hermannus Syfrido.

XLVII. Anordnung des Markgrafen Ludwig wegen des Unterhalts der Dämme zu Brandenburg, vom 9. Juni 1335.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus Rheni, dux Bavarie sacrique imperii Archicamerarius, inspecta immensa necessitate aque apud nostras civitates brandenburgenses confluentis magnaque incommoditate vie, que Damm dicitur, site ante aggerem molendinorum civitatum earundem, ad cuius reparationem ville infra scripte ab una parte stagni videlicet: Garlitz, Barnewitz, Buschow, Moetelow, Pessin, Retzow, Selbelang, Ribbek, Berge, Litzow, Niekammer, Bredow, Kleinen Behntz, Riwend, Bagow, Ketzür, Butzow, Radewege, Brilow, Garcelitz, Buckow, Mützelitz, Martzahn, ab alia parte stagni: Grabow, Lünow, Zuchedam, Powfin, Etzin, Tremmen, Bawerstorp, Zachow, curia Hewitz, Parne, Roscho, ambo Weferamb, curia Motzow oder Mötzowsehe Hoff, Creuzwiz, Stenow fuerunt deputate et adstrictae, sed in totius terre incommodum et maxime exeuntium et intrantium eisdem civitates, ejusdem aggeris et vie, prout decuit, minime compleverunt constructionem, quod in universonum merum commodum, predictis nostris civitatibus adjacentium, de maturo et provido consilio ipsis favorabiliter duximus providere ita, quod nostri fideles consules nostre nove civitatis Brandenburgensis ad hujusmodi vie et aggeris refectionem simpliciter sint adstricti, ita quod ville supra nominatim expresse, que ad vie ejus reparationem tenebantur, consulibus nostre civitatis Brandenburg seu eorum nunciis, ad hoc deputatis, singulis annis in festo beati Martini de unoquoque manso duos denarios dent et tribuant expedite. Volumus etiam districtius precipientes, quod si quis huic constitutioni et facto contrarius extiterit et rebellis, extunc consules predictae nostre civitatis seu eorum nuncii, ad hoc assignati, ad ea que sibi cedere poterint, ut supra est pretactum, pignoris cautionem liberam habebunt facultatem extorquere. Si vero aliquis in ipsis vel eorum nunciis in pignorando quempiam excessus fuerit perpetratus, extunc noster officialis seu noster advocatus tempore pro tunc terre nostre Brandenburg eundem excessum cum eorum annua pensione sub obtentu nostre gratie corrigere debet, extorquere. Volumus etiam et districtius demandamus, quod magistri molendinorum ambarum civitatum Brandenburgensium aggeres infra pontes ad ipsa molendina spectantes et ex utraque parte pontium capita ad tres pedes edificent, teneant et reparent. Volumus ultimo, ne nos ipsi nec aliquis heredum vel successorum nostrorum, consiliariorum aut advocatorum, officialium seu potentum, prelibatam constitutionem et approbationem infringere valeat vel presumat. Hec autem omnia et singula damus et concedimus nostre nove civitati Brandenburgensi et burgenlibus ipsius, presentibus et futuris, perpetuis temporibus possidenda. In cuius rei testimonium presentes conscribi sigillique nostri appensi munimine iussimus communiri, presentibus nobili viro Hermanno de Henneberg, Altmanno de Degenberg, nostre camere ma-

gistro, Alberto de Wulffstein, Johanne de Buch, Henrico de Berlin, Griffone, officiali nostro, cum aliis pluribus fide dignis. Datum Brandenburg anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto, feria quinta ante Trinitatem.

Nach dem Original.

XLVIII. Der Markgraf Ludwig legt der Neustadt Brandenburg das Recht bei, fünf Juden zu halten, innerhalb einer Meile kein Malzen oder Brauen und innerhalb von drei Meilen keinen Gewandschnitt zu gestatten, am 9. Juni 1335.

Nos Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, comes Palatinus Rheni, dux Bavarie, sacri imperii archicamerarius, recognoscimus et ad omnium notitiam, ad quos presentes pervenerint, volumus pervenire, quod, inspecta immensa fidelitate, qua erga nos fideles viri consules ac universitas burgenfium civitatis nostre nove Brandenburg strenue gesserunt, et tali recompensa eidem atque ipsorum posteris duximus favorabiliter providendum ipsisque condonamus, quod habeant secum in civitate libere quinque Judeos in subsidium et emendationem civitatis, volentes etiam, ut universi et singuli, eandem nostram civitatem ad trium milliarium spacium in villis circumfidentes, nulla habeant aridaria neque brasium faciant aut negocia exerceant, que ad jura civitatis dignoscuntur pertinere, sed ad civitatem ipsi tabernarii confluant, cerevisiam et brasium ibi afferendo, contraria facientes inventi a dictis nostris burgenfibus cum nostrorum potentium adjutorio compescantur et ad emendam compellantur. Volumus etiam, ne aliquis in tota orbita, diete nostre civitati adjacente, ad trium milliarium spacium pannum aut pannos scindat aliquales, nisi habens unionem pannidarum nostre predictae civitatis. Si quis secus faciens inventus fuerit, emendam pro suo excessu consulibus et pannicidis nostre memorate civitatis erogabit. Volentes, ne nos ipsi aut aliquis nostrorum successorum vel potentium prelibatam nostram condonationem infringere valeat aut presumat. Hec omnia et singula donavimus nostre civitati Brandenburgensi et burgenfibus ipsius, presentibus et futuris perpetuis temporibus possidenda. In cujus rei testimonium presentes conscribi et sigilli nostri secreti munimine iussimus communiri, presentibus nobili viro Hermanno de Hennenberge, Altmanno de Deghenberg, nostre camere magistro, Alberto de Wolfsteyn, Johanne de Buc, Henrico de Berlin, Griffoni, officiali nostro cum aliis pluribus fide dignis. Datum Brandenburg anno domini M^o. trecentesimo tricesimo quinto, feria quinta ante Trinitatem.

Nach dem Original.

XLIX. Die Kyritzer Rathsherrn sprechen die Altstädter Brandenburgs vom Zolle in ihrer Stadt frei, am 25. October 1335.

Nos consules civitatis Kyritz Recognoscimus liquide protestantes, quod universos cives civitatis Brandenburg Antiquae de theloneo in nostra civitate dando, quocunque censetur nomine, dicimus liberos et solutos, facientes ipsos ratione thelonei nostram ingredi et exire civitatem

Haupttheil I. Bd. IX.